Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36490
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

qui uocat abierat ad nos iterum reuitat. et pau
ca iuxta possibilitatem iam edisseram. Et fac
tum est in anno quo mortuus est ozias rex uidi
dominum sedentem supra thronum excelsum. et plena
domum gloria eius. et seraphim stabat in circuitu eius. sex
ale unum. et sex ale alterum. et duabus quidem uelabant
faciem eius. et duabus uelabant pedes. et duabus uola
bant. et clamabant alter ad alterum. et dicebant.
sanctus. sanctus. sanctus. dominus deus sabaoth. plena est tota gloria eius.
et certa. Verum ut et nos uideamus uisionem. quam ui
dit esayas. uocem iohannis. quia non uidentibus largitur esse
oculos. potest etiam nec uenire et facere ut ea quae in
lectione sacramentum dicta sunt. aptus oculis intuea
mur. Repromittam eis iam nos ultra non facere corpus
christi. corpus meretricis. non facere opa digna luctu.
Sunquisque nrm hec corde loquatur ad dominum et precemur ut aduentus eius etiam nec fiat. Si enim non aduenit
ihc. ista uidere non possumus. ut mittat etiam ad
me seraphyn. et apprehenso de forcipe carbone
purget labia mea. Et quid dico labia. esayas sanctus
erat. et ideo tantum labia eius purgata sunt. quia labius
tantum. id est sermonibus deliquerat. Ego uero sum talis
ut possim dicere. immunda labia habeo. metuo
ne immundum ne cor habeam. immundos oculos.
immundas aures. immundum os. Quindiu in om
nibus istis peccos. tot immundus sum. Si uidero
mulierem ad concupiscendum eam mechatur sum eam
in corde meo. ecce immundos oculos. Si de
pectore meo exeunt cogitationes pessime.
adulteria. fornicationes. falsa testimonia.